



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Cap. I. De Congregatione Generali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

nimè adjungendas Formulas pronuntiavit.

*b* C. 12. Act. 15. *b* Quare satis erit Congregationum jura hic leviter perstrinxisse.

## CAPUT I.

### De Congregatione Generali.

*Quando cogen-  
da.* 1.



Congregatio Generalis, ex Constitutionibus Nostris, quatuor in casibus necessario cogenda est. Primus est, cum

eligendus est Generalis Præpositus in loco cum demortui. *c* Secundus, si aliquid accidat eorum, propter quæ Generalis ab officio removendus sit, aliusque eligendus. *d* Tertius, si quando Assistentes cum Provincialibus, & duobus Superioribus localibus, pluribus suffragiis cogendam judicarent; seu id fiat ob negotia urgentia, & magni momenti, seu ob impotentiam Generalis. *e* Quartus, si Generalis cum Assistentibus, & Procuratoribus, qui tertio quoque anno ad Generalem veniunt, cogendam esse statuunt. *f* Demum præter hos casus, in quibus Congregatio Generalis necessario cogenda est, poterit etiam aliquando convocari, ut de aliquibus rebus majoris momenti tractetur: cujusmodi essent

*c* P. 8. c. 2. §. 1. & For. Con. Cen. §. 53. 54.

*d* P. 8. c. 2. §. 1. & P. 9. c. 4. §. 7. & c. 5. §. 4.

*e* P. 8. c. 2. §. 2. & C. & C. 8. D. 29.

*f* C. 2. D. 19.

essent Collegia, vel Domos dissolvere, aut aliò transferre; vel res admodum difficiles, ad universam Societatem spectantes, vel rationem procedendi in illa pertractare. *g*

2. Hæc tamen convocatio non crebrò faciendâ est, & Præpositus Generalis hoc laboris, & distractionis universæ Societati, quantum fieri potest, adimet. *b* Quod si illi, quibus jus est, Congregationem Generalem cogendam judicaverint; id Generali gratum esse oportet; & ut Congregatio hujusmodi magna cum diligentia fiat, idem Generalis statuere debet. *i*

3. In primo casu demortui Generalis indicetur à Vicario Generali. *l* In Provinciis verò remotis, etiamsi literas à Vicario non accepissent, quacunque via de morte Generalis certò constiterit, poterunt convenire ad electionem Electorum. *m* In secundo casu deponendi Generalis Assistentes indicunt Congregationem, per literas subscriptas ab omnibus, vel saltem tribus: & si causæ divulgatæ, & communiter manifestæ essent, non expectata Assistentium convocatione, Provinciales, alii alios vocando, convenire deberent. *n* In tertio casu, quando Generalis ob senium, vel ægritudinem factus est inutilis ( cum sup-

*g* P. 8. c. 2. §. 2.  
& c. 4. §. 2. &  
P. 9. c. 3. §. 12.

*Non crebrò, at  
cum celebratur,  
à Generali ju-  
vetur.*

*b* P. 8. c. 2. §. 1.  
2. & B. C. &  
c. 4. §. 2. & P.  
9. c. 1. & C.  
*i* P. 8. c. 2. C.

*Quis eam in-  
dicat.*

*l* P. 8. c. 4. §. 1.  
& Off. Vic. §.  
3.

*m* Form. Con.  
Prov. §. 3.

*n* P. 9. c. 5. §. 4.

po-

ponatur Electum fuisse Vicarium, juxta  
 Decr. 29. Con. 8. (Generali non valente,  
 aut renuente providere) debet ille Con-  
 gregationem indicere, ex suffragatione  
 Provincialium, & duorum Præpositorum  
 localium, vel Rectorum, uniuscujusque  
 Provinciæ ex Europa, & Patrum Assi-  
 stentium. ° At verò in eodem tertio casu,  
 cum urgerent negotia tam magni mo-  
 menti, ut, qui assistunt Generali, & Pro-  
 vinciales, ac Præpositi locales duo ex qua-  
 que Europæ Provincia, pluribus inter se  
 suffragiis judicarent, quod cogi debeat Con-  
 gregatio Generalis, cogetur; idque Præ-  
 posito Generali gratum esse oportet. In re-  
 liquis casibus convocatio pertinet ad Præ-  
 positum Generalem. p Et si ex Decr. Con.  
 Proc. cogenda est, ejus convocationem  
 Generalis ultra sesquiannum non differet. q  
 4. Cum Conventus celebrabitur ad eli-  
 gendum Generalem, aut ad deliberandum  
 de iis, quæ ad Generalem ipsum spectant,  
 & demum quotiescunque Generalis Con-  
 gregatio celebratur; habent in ea jus suf-  
 fragii Vicarius Generalis (si tunc aliquis  
 eo munere fungitur) Assistentes, Provin-  
 ciales Europæ, seu illorum Vices-gerentes,  
 (& hi quidem etiamsi non potuerit præ-  
 mitti Congregatio Provincialis) r & duo  
 præ-

° Form. Con.  
 Gen. §. 56. &  
 P. 8. c. 2. C.

p P. 8. c. 2. C.  
 & c. 4. §. 2. &  
 c. 5. §. 1. 2. &  
 P. 9. c. 3. §. 12.

q C. 6. D. 26.  
 §. 3. & C. 7. D.  
 71. & Form.  
 Con. Proc. §. 9.

*Quinam con-  
 veniant in spe-  
 ctantibus ad  
 Generalem.*

r C. 12. D. 51.

præterea in singulis Provinciis intra Europam, ad hoc negotium electi ex quatuor Votorum Professis. s Eodem suffragii jure gaudent Procuratores Provinciarum extra Europam; si sint quatuor Votorum Professi, & electi à suis Provinciis, juxta D.41. Con.4. t : qui Procuratores eo jure non excidunt, donec in Europa subsistunt, ex consensu P. N. & alius ejusdem Provinciæ Procurator nondum advenit. u Si tamen substiterint in Europa, propter aliud munus sibi à Generali traditum; jus Procuratorum expirat. x Si mittatur Substitutus Procuratoris Indici (modò requisitis in Procuratore conditionibus non careat) eodem jure suffragii, quo Procurator ipse gaudet. y

5. De jure suffragii Generalis in Congregatione, quando de rebus ad ipsummet spectantibus agitur, distinguendum est: nam si deliberatur de iis, propter quæ officio privari fortè posset; non habet jus suffragii in ea deliberatione; sed ubi auditus est in Congregatione, foras egredi debet. z Si verò ob infirmitatem ejus, aut senium, citra spem convalescentiæ, de subrogando illi Vicario agitur; res partim coram eo, partim in ejus absentia agitanda: at jure suffragii spoliandus ipse non est,

s P.8.c.3.§.1.  
& A.

t C.2.D.75.&  
C.4.D.41.&  
C.5.D.77.

u C.9.D.36.  
& C.10.D.9.

x C.12.D.46.

y C.12.D.20.

*Quo jure suffragii Generalis gaudeat.*

z P.9.c.5.§.4.

4 P.9.c.5.§.6.

*b* P. 8. c. 3. §. 2.  
& C. 1. D. 4.  
ante elect. &  
D. 8. post  
elect.

*c* P. 9. c. 5. §. 3.  
& C. 3. D. 1.  
Conventui in  
aliis negotiis qui  
adjungendi.

*d* C. 4. D. 11.  
*e* C. 3. D. 44.  
& C. 4. D. 1.  
*f* C. 8. Act. 9.

10. & C. 11.  
Act. . . & C.  
12. D. 1. & C.  
13. D. 2. & 4.

*g* C. 2. D. 22.  
C. 4. D. 17.  
*h* P. 8. c. 3. A.  
& c. 6. B. &  
C. 2. D. 2. &  
C. 4. D. 35.

*i* C. 13. D. 6.

est, juxta praxim etiam Con. 11. Quando-  
cumque autem intererit, habet duo suffra-  
gia, & qualitatem præcedendi, ceteris pa-  
ribus. Quod secundum etiam datur Vi-  
cario Generali, si demortui Generalis loco  
præest. *b* Hi omnes, & soli habent etiam  
jus suffragii activi in electione Assisten-  
tium. *c*

6. Cum verò in Congregatione agitur  
de rebus aliis, præter supradictos, habent  
jus suffragii Secretarius Societatis, *d* &  
Procurator Generalis, *e* & quidem etiam-  
si contingat tractari negotia ante electio-  
nem, ad illam non pertinentia. *f* Idem-  
que habent suffragium activum in Electio-  
ne Admonitoris. *g* Cum eadem limitatio-  
ne admittendi Procuratores, si qui sunt  
electi in Congregationibus Provinciali-  
bus, ad negotia post electionem tractan-  
da, *h* aut à Vice-Provinciis, juxta for-  
mam sibi concessam. *i* Quod jus est com-  
mune iis etiam Procuratoribus, qui non  
sunt missi à Congregatione Provinciali  
plena, aut abbreviata, sed vel vocati à Præ-  
posito Generali ad tractanda negotia, vel  
missi à Provincialibus, cum approbatione  
Generalis, saltem subsequatâ missionem ip-  
forum; præsertim si ex Provinciis extra  
Europam sitis missi sint; & quoad hos at-  
tinet

tinet, sufficet auctoritas Vicarii Generalis, sed suffragantibus Assistentibus. *l C. 13. D. 4.*  
 Hujusmodi verò ad Congregationem Generalem deputatis jus illud est, ne literæ ad eos missæ, aut ad has responsa aperiri, vel retineri possint à Superioribus Generali inferioribus. *m*

*m C. 11. D. 27.*

*Auctoritas Congregationis Generalis.*

*n P. 8. c. 2. §. 1.*

*& P. 9. c. 4. §. 7.*

*& c. 5. §. 4. &*

*C. 1. D. 145.*

*o Paul. III. p.*

*10. 16. 22. &*

*Jul. III. p. 62.*

*& P. 4. c. 10. §.*

*2. & C. 4. D. 19.*

*& C. 7. D. 76.*

*p Jul. III. p.*

*61. & P. 4. c. 2.*

*§. 3. & c. 10. §.*

*2. & c. 11. §. 2.*

*& P. 8. c. 2. §. 2.*

*& P. 9. c. 3. §. 5.*

*17. 18. & C. 4.*

*D. 23. 27.*

*q P. 9. c. 4. §. 4.*

*& c. 5. §. 3. &*

*C. 2. D. 22. &*

*C. 3. D. 42. &*

*C. 4. D. 24. &*

*48.*

*r C. 3. D. 13.*

7. De Auctoritate verò Congregationis Generalis satis constat ex proximè dictis supremam esse in Societate; cùm ei subsit Præpositus Generalis, ita ut eum Officio privare possit, & à Societate etiam remove, si causæ adsint, quæ in Constitutionibus enumerantur; & quarum probationes debent esse efficacissimæ; præ oculis habendo quod ad majorem Dei gloriam, & universale bonum Societatis fore judicabitur. *n* Ejusdem Congregationis est constitutiones, legesque perpetuas condere, conditasque abrogare: *o* alienare etiam, aut omnino dissolvere Collegia, vel Domos; cùm enim id sit perinde, ac si membrum ab ejus corpore præscinderetur, cum Societate universa communicari melius est: *p* ac demum potest Præpositum Generalem, ejus Assistentes, & Admonitorem eligere. *q* In omnium verò negotiorum tractatione suffragiis secretis non agendum; *r* quamquam aliquoties adhi-

N n

bita

*r C. 3. D. 13.*

s. C. 5. D. 69. &  
 C. 8. D. 21. &  
 C. 11. D. 2. &  
 C. 12. D. 2.  
 Paul. 3. p. 10.  
 & Jul. III. p.  
 62. & P. 8. c. 7.  
 & C. 1. D. 115.  
 & C. 2. D. 51.  
 & C. 3. D. 4.  
 & 33.

*Quid sit Congregatio Provincialis, & Provincia.*

a. C. 3. P. 16.

*Quid applicari Provincia.*

b. C. 7. D. 59.

c. C. 9. D. 33.

bita ea sint. s. Auctoritas verò hæc hactenus explicata exercenda non est, nisi post electionem Præpositi Generalis, præterquam in spectantibus ad ipsam electionem. s.

## C A P U T II.

### De Congregatione Provinciali.

I. ongregatio Provincialis ea dicitur, quæ in singulis Provinciis ex certo quodam numero Patrum coalescit. Porrò

Provinciae nomen intelligitur ea Sociorum, ac domiciliorum collectio, quæ uni Præposito Provinciali subest. a

2. Aliquem verò uni Provinciae applicari contingit, vel voluntate P. Generalis, verbo, vel scripto expressa, vel applicatione illius ad aliquod Provinciae munus ordinarium; sive res effectum sortiatur, sive non; nisi revocata foret. b Munus verò huiusmodi, per quod fit applicatio alicui Provinciae, est quodcumque munus fixum, & stabile ad eam Provinciam, de qua agitur, propriè pertinens, & quidem à P. N. impositum; eoque absoluto, vel dimisso, applicatio cessabit. c Possunt etiam Provinciales, mutuo consensu, mutuis